

## Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 255

Venerabili in Christo patre Iustolfo episcopo et abati de monasterio Wizenburgo qui est constructus in pago Spirensi super fluvio Lutra in onore sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Dum et hominibus non abetur incognitum, qualiter ego Wilibaldo condonavi rem meam in pago Saracgawed. Hoc est quod dono in villa que dicitur Uruniwilare hoba una cum omni integritate et quicquid ad ipsa oba pertinet, et pro ipsa oba in censum denarios quinque. Unde accipia in beneficio vestro oba dimidia in villa que dicitur Esseimi. Et inde debemus solvere in censum denarios septem ad festum sancti Martini, III. idus novembris ad annis singulis, et si inde negligens aut tardus apparvero, de lege mea conpono et sic habeam usque ad fine vite mee. Post quoque meum discessum ipsas res cum omni integritate ad ipsum monasterium revertatur. Facta prestantia sub die tertia idus aprilis. Actum in monasterio Wizenburgo anno XXXIII Karolo rege Francorum. Iustolfus. Testes. Ruatardus. Teotbertus. Aldo. Friduri. Gisalbertus. Uveroaldo, Adalo, Uveroldus. Ego Vulfardus scripsi et subscripsi.